

personae carnaliter à te cognita conjuncta, illi-
cò videbis ex Arbore consanguinitatis, si nempè
dicam puellam ponas in illam cellulam, ubi est
Erratus; & videas, ad quam cellulam ex reli-
quis pertineat persona à te carnaliter cognita; con-
sequenter quovo gradu Consanguinitatis conjun-
gatur illi puellae, juxta dicta supra §. præced. & Re-
gulas ibidem datas.

53. Queritur III. Quid Juris? præsertim an, &
quale Affinitatis Impedimentum, & penas contra-
hat, si quis contracto jam Matrimonio, carnaliter cog-
noscat Consanguineam uxoris suae? Resp. I. Mari-
tus, qui carnaliter peccat cum uxoris suae ad-
huc viventis Consanguinea in secundo gradu, vel
vicissim si uxor cum Consanguineo marito, contra-
hit quidem Affinitatem cum proprio conjugè, ita
tamen, ut per illam Matrimonium nullatenus dis-
solvatur, sed tantum privetur jure petendi diti-
tum conjugis peccans, quamvis illud reddere teneat
conjugi innocenti idem exigenti. Communis
ac certa. Et quidem, quòd Matrimonium non dis-
solvatur, textus expressus habetur c. *Discretio*.
6. c. *Tue fraternitatis*. 10. c. *Jordanus*. 11. h. t. cum Con-
cordantiis. Quòd verò conjugis peccans privetur ju-
re petendi debitum, & nihilominus illud reddere
teneatur petenti, textus est, c. h. t. ibi: *Nec debitum
petere potest, c. si. c. 6. & 10. h. t. ibi: Verjus* (eccans
nempe) *poterit, & debet cum Dei timore solvere ei
debitum conjugale*. Ratio subjungitur: *Cum Affinitas
post Matrimonium iniquè contracta illi nocere non de-
beat, quae iniquitatis particeps non exiit*.

54. Dicitur autem, notanter cum uxoris Consanguinea
in secundo gradu: quia Affinitas ex copula illicita
(qualis videtur est hæc adulterina) consurgens,
secundum gradum non excedit juxta novissimam
Dispositionem Concilii Tridentini Sess. 24. de R. form.
Matrim. cap. 4. (textum vide supra num. 47.) & ad
præsens cum alio benè advertit Sanchez lib. 7. *Disp.*
35. num. 4. indeque rectè infert, quòd peccans cum
conjugis Consanguinea in tertio gradu, jure petendi
debitum non privetur.

55. Resp. II. Conjugis cum Consanguinea conjugis
suae carnaliter peccans (præter alias penas à Ju-
re Civili in tales delinquentes statutas) de Jure Can-
onico in penam delicti incestuosi debet manere
innuptus, ita, ut cum nulla muliere possit amplius
contrahere Matrimonium, quamvis, si illud contra-
hat, valeat. Communis ac certa textu expresso c.
2. & 4. h. t. juncto cum. *Si quis. 5. cau. 35. q. 2.* quam
penam etiam ipsa conjugis innocentis Consanguinea
cum altero peccans incurrit, arg. cit. cum. *Si
quis. 5. cau. 35. q. 2. & c. 1. h. t. ibi: Nec filiastra* (pri-
vigna, seu filia uxoris suae, cum qua maritus pecca-
verat) *nec ille ullo unquam tempore se poterunt Ma-
trimonio copulare*.

56. Procedit Conclusio etiam in casu, quo quis car-
naliter peccat cum Consanguinea conjugis prius
jam defunctæ. Sanchez lib. 7. *l. ip. 15. num. 12.*
*Engel h. t. n. 5. Barboia in c. Transmissa. 4. de eo,
qui cognovit. Puring eod. num. 4. & alii contra* So-
lum & nonnullos alios à Sanchez citatos, textu ex-
presso. cit. c. *Transmissa. 4. eod.* ubi narratur casus de
copula carnali cum Consanguinea uxoris jam defun-
ctæ habitæ. Ratio est; quia etiam tunc adhuc ve-
rum committitur delictum incestus, ob quod solum
pena hæc lata est.

57. Notandum tamen, ad hoc, ut præfata pena à
peccantibus incuratur, requiri I. quòd sciant se esse
affines, se unum ex peccantibus esse in primo,
vel secundo gradu conjunctum alterius peccantis
conjugi. Sanchez loc. cit. nu. 9. afferens ita docere
universos, arg. c. 1. de eo, qui cognovit, ibi:
Si quis scienter. Et Ratio est; quia aliàs verum &

formalem in eam non committunt; ob quod hæc
pena lata est.

Ob eandem rationem, hæc penam non incur-
rit femina per vim cognita, Sanchez loc. cit. n. 10.
*Engel loc. cit. nu. 7. Puring in c. de eo, qui co-
gnovit, n. 6.* Ratio est; quia in tali casu talis fe-
mina penitus nullam committit culpam, consequen-
ter nullam incurrit penam, arg. c. *Discretionem. 6.
de eo, qui cognovit*.

Aliud est de Affinitate; hæc enim, quia non ob
delictum, sed ex sola carnis unione provenit,
etiam ab eo contrahitur, qui ignoranter carnaliter
cognoscit consanguineam uxoris, vel alterius à se
prius cognita.

Uterius requirit Sanchez loc. cit. num. 11. cum
aliis copulam perfectam, & quidem talem, quæ ap-
ta est generationi prolis, ita ut saltem vir intra
vas feminae feminet; Verùm hæc doctrina non placet;
quamvis enim verum sit, requiri perfectam copu-
lam, ita ut vas mulieris verè penetretur, arg. can.
Extrordinaria. 11. cau. 35. q. 2. & 3. tamen seminat
intra vas non videtur necessaria, eo quòd, hæc pena
non proveniat ex sola perfecta carnis unione, & uti
Affinitas, sed ex delicto incestus, quod verè & for-
maliter est tale, etiam si vir non feminet intraves, ut
omnes fatentur. Inò si vir vale penetrato ad evitan-
dam imprægnationem dein feminet extra vas, delictum
incestus minus est, & augetur, consequenter à
pena, quæ principaliter intuitu delicti incestus à Jure
posita est, immunitio esse non debet.

Pro praxi tamen observandum cum Navarro in
Manual. cap. 22. n. 7. Penam incestuosi, vi cuius
abstinere debet ab omni Matrimonio cum quacun-
que tandem contrahendo, hodie consuetudine con-
traria ubique esse abrogatam: vel si alibi adhuc
vigeret, posse saltem in eo dispensare Episcopus.

Queritur IV. Quid Juris, si quis cum Consan-
guinea suae Sponsæ carnaliter peccet? Resp. Si quis
carnaliter cognoscit Consanguineam Sponsæ in primo
vel secundo gradu, contrahit cum propria Spon-
sa Affinitatem, & ex hac Impedimentum dirimens,
ita, ut sine dispensatione Matrimonium cum illa va-
lidè contrahere non amplius possit. Communis ac
certa per dicta supra. Nec potest talem Sponsæ Con-
sanguineam, quam carnaliter cognovit, in uxorem
accipere, si est in primo gradu Consanguinea Spon-
sæ, eo quòd per præcedentia Sponsalia jam contra-
xerit Impedimentum publicæ honestatis cum illa per
dicta. *Tit. IV. a. nu. 10.*

Inò si Sponsæ consanguinea carnaliter cognita
est in primo gradu, v. g. Mater, aut soror, tunc tam
Sponsus, quam Sponsæ Consanguinea peccans prohi-
betur imposterum cum quacunque alia Matrimo-
nium contrahere, can. *Si quis. 5. cau. 35. q. 2. & c. 2. c. Ex litteris. 8. de eo, qui cognovit*. Verùm requiruntur
ad hoc etiam conditiones, quæ requiruntur in
eo, qui cognovit Consanguineam uxoris in primo
vel secundo gradu; juxta dicta à nu. 57. Inò sicut
usu, aut consuetudine contraria abrogatam diximus
penam abstinendi à quocunque alio Matrimonio in
cognoscete Consanguineam uxoris, sic idem dici-
mus modò servatis servandis de cognoscete Con-
sanguineam Sponsæ quoad penam abstinendi à Ma-
trimonio cum quacunque alia. Manentibus tamen
in suo robore Impedimentis Affinitatis, & publicæ
honestatis provenientibus ex casu, quo quis cogno-
vit Consanguineam suæ Sponsæ.

TITULUS XV.
De Frigidis, & Maleficiatis, & Impo-
tentia coeundi.

SUMMARIUM.

1. Ratio continuationis.
2. Impotentia coeundi, quatenus est Impedimentum dirimens, quis?
3. Alia est naturalis seu intrinseca. Frigiditas, & Frigiditas? Ibid.
4. Alia Impotentia est accidentalis & extrinseca.
5. Alia perpetua, alia temporalis.
6. Perpetua non est, quæ sine vi & periculo, est non sine periculo infirmitatis, aut incommodi gravis tolli potest. Et n. seq.
8. Impotentia alia est absoluta, alia respectiva.
9. Omnis & sola Impotentia perpetua dirimit Matrimonium.
10. Etiam respectiva.
11. Temporalis non dirimit.
12. Neque perpetua, si Matrimonium subsequitur.
13. Solvitur instantia.
14. Impotentia perpetua est, si vir intra vas seminare nequit.
15. Semen mulieris non requiritur, sed sufficit ad Matrimonium, si mulier semen viri recipere possit, nisi illud retinere non valeat. Et n. seq.
17. Steriles non habent Impedimentum Impotentia, sed possunt nubere.
18. Hinc in quavis ætate quis nubere potest.
19. Nisi ita exhaustus quis esset, ut copulam perfectam habere non amplius possit.
20. Valet Matrimonium cum existente in periculo mortis, nisi vi morbi totaliter esset destructa potentia generandi.
21. Cum Spadonibus & Eunuchis nullum est Matrimonium, si utroque testiculo carent, secus est, si tantum uno carent.
22. Hermaphroditum secundum sexum prævalentem validè contrahit Matrimonium.
23. Si nullus sexus prævaleat, juxta utrumque validè nubunt: & quomodo?
24. Possunt etiam secundum modum prævalentem sexum nubere: & quando?
25. Quis sexus prævaleat, unde cognoscatur?
26. Qui dubitat, an laboret Impotentia perpetua, non potest licitè contrahere Matrimonium.
27. Si contracto Matrimonio dubium prius habitum adhuc perseveret, vel primum adventus de Impotentia perpetua, possunt & debent conjuges per triennium tentare copulam.
28. Si constat de impotentia perpetua, dubitatur autem, an præcæserit, an verò subsequuta sit Matrimonium, presumitur præcæserit, si Impotentia sit intrinseca.
29. Sive extrinseca, seu accidentalis.
30. Dummodò pars potens de ea in tempore conquerratur.
31. In dubio, an Impotentia sit extrinseca vel intrinseca, presumitur extrinseca.
32. Et ita ordinariè fit.
33. Etsi conjuges certi sint de Impotentia perpetua, non possunt propriâ autoritate sese ab invicem separare, debent tamen à copula abstinere.
34. Nec potest eos Impotentiam fatentes Juxta separare nisi prius fiat probatio.
35. Quæ ordinariè fieri debet per inspectionem corporis.

36. Ad quam in faminis requiruntur & sufficiunt duæ honestæ Matriones.
37. In opere nuptiali expertæ, sive Obstetrices sint, sive non.
38. Quæ non tantum inspicere, sed etiam tangere debent multibria.
39. Ac dein suam depositionem juramento firmare.
40. Pro inspicendo viro requiruntur etiam ac suffi-
ciunt duo Medici, aut Chirurgi, si haberi possunt.
41. Subinde etiam ad faminae inspectionem requiruntur Medici.
42. Si per inspectionem manifestè apparet adesse Impotentiam perpetuam, illic sine aliâ probatione annullatur Matrimonium.
43. Si non physicè, moraliter tamen certum est adesse Impotentiam, declaratur Matrimonium nullum, accedente juramento conjugum, & propinquorum.
44. Si non nisi dubia signa Impotentia apparent, debent per triennium tentare copulam.
45. Vel etiam per plures annos, si conjuges adhuc validè juvenes sint. Pubertas plena quid? Ibid.
46. Quos propinqui, vel alii testes jurare debeant in casu dubio? Et n. seq. ac num. 51.
48. Si elapso triennio mulier potens affirmet, habitam esse copulam, solvitur autem dubie impotens id negat, creditur mulieri.
49. Et e contra, si negat mulier, & affirmat vir, creditur viro.
50. Nisi mulier per evidentia signa veli contrarium probare.
52. Si per physicè vel moraliter certa signa appareat Impotentia perpetua potest contra Matrimonium quovis tempore proclamari. Et n. seq.
54. Solvitur obiectio.
55. Si verò signa sint dubia, unusquis conjugum negat, alter affirmet Impotentiam, tunc post bi-
mestrem non amplius auditur, donec elapsum fuerit triennium.
56. Matrimonium ob Impotentiam annullatum, iterum reintegratur, si postea constas, eam non fuisse perpetuam.
57. Nisi Impotentia tolleretur per miraculum.
58. Aut ope demonis, vel aliis illicitis mediis.
59. Aut esset respectiva.
60. Vel ortum haberet à maleficio.
61. Scienter contrahens cum impotente, tenetur illi tanquam frater vel soror cohabitare, eique necessaria subministrare.
62. Perpetua cum Impotentia ex ignorantia contrahentes Matrimonium possunt ut frater & soror cohabitare simul.
63. Nisi adsit periculum incontinentie.
64. Si post contractum Matrimonium supervenit Impotentia perpetua, possunt & debent conjuges cohabitare.
65. Tenentur tamen abstinere ab attentatione copulae, non item à tactibus, vel osculis.
66. Conjuges tenentur asserere Impotentiam, & pati incisionem etiam cum gravi molestia, & dolore.
67. Non item cum periculo mortis, aut gravissima infirmitatis.

Inter alia Matrimonii Impedimenta est etiam Impotentia coeundi, seu habendi copulam conjugalem: quæ Impotentia quia ex varia causa, ut ex nimia viri frigiditate, aut ex maleficio, aut aliunde provenire potest, idèd præfatus Titulus de quavis tali Impotentia undecunque proveniente agit.

Queritur I. Quid ad præsens, & quòtuplex sit Impotentia. Resp. I. Est irremediabilis ad habendam copulam carnalem perfectam talem, quæ fit per for-

minæ vass penetrationem, & feminis in id effusionem. Sanchez lib. 7. Disp. 92. n. 7. Abbas in c. Quod sedem. 2. h. t. n. 5. Pirhing h. t. n. 1. cum communi. Et patebit magis ex sequentibus.

3 Resp. II. Impotentia coeundi variè dividitur. Nam primò alia est naturalis seu intrinseca: alia accidentalis seu extrinseca. Illa est, quæ ex ipsius naturæ defectu oritur: cujusmodi in foemina est arctitudo; si nempe tam arcum habeat vas, ut à viro penetrari nullatenus possit. In viris verò nimia frigiditas, aut caliditas. Frigiditas quidem, quando vir ob temperamentum nimis frigidum caret sufficientibus spiritibus membri erectionem, & ad feminis effusionem excitantibus, ita, ut vel omnino coire, & virilia in foemina vas immittere; aut semen in illud emittere non valeat. Et ita ob temperamentum frigidum constituti Frigidi vocantur, frigiditatemque habere dicuntur, quæ in solis reperitur viris, ut D. Thomas in 4. dist. 34. q. 2. n. a. 2. ad 6. communiter receptus bene probat. Nimia caliditas autem adesse censetur, quando vir ob temperamentum nimis calidum statim ac virga habilis ad copulam invenitur, ita præpropere emittit semen, ut intra vas foemineum illud immittere nunquam valeat: quamvis, ut bene advertit D. Thomas loc. cit. in corpore, hæc Impotentia ex caliditate rariffimè, & vix unquam contingat.

4 Impotentia accidentalis, seu extrinseca est, quæ non ex naturæ defectu, sed ex maleficio, vel hominis operâ provenit: qualis invenitur in Maleficiatis, Castratis &c.

5 Secundò dividitur Impotentia in perpetuam, & temporalem. Perpetua est, quæ absque mortis periculo, nec per licita media naturalia, nec per spiritalia, pura, per consuetos Ecclesiæ Exorcismos, aut Benedictiones &c. tolli potest; etsi per miraculum, vel media illicita, vel per media naturalia cum mortis periculo tolli valeat. Temporalis est, quæ vel operâ, vel arte naturali licitâ, vel per consuetos Ecclesiæ Exorcismos, aut alia media spiritalia præter miraculum tolli potest, arg. c. Fraternitatis. 6. h. t. ibi: Nos perspicaciter attendentes, quòd Impedimentum illud non erat perpetuum, quòd præter divinum miraculum per opus humanum, absque corporali periculo potuit removeri, & ibi DD. communiter, qui etiam conveniunt, Impedimentum perpetuum esse, etsi per medium illicitum, incantationem v.g. vel maleficium contrarium tolli queat; quia de Jure illud tantum possibile, & fieri posse censetur, quòd licitè fieri potest, can. Fraternitatis. 15. cau. 22. q. 2. junctâ Glossâ. Quod potest.

6 Controversia tamen inter DD. est, an Impedimentum perpetuum censi debeat, quod per media naturalia tolli quidem potest absque vitæ periculo, non tamen absque periculo gravis infirmitatis, aut incommodi corporalis. Affirmativam plures tenent apud Sanchez lib. 7. Disp. 93. n. 17. eò quòd Pontifex in cit. c. Fraternitatis. h. t. præcisè requirit periculum corporale, & non vitæ, tamen ibid. n. 18. probabilis negativam amplectitur, quam etiam docet Barbosa in c. Fraternitatis. h. t. Gutierrez de Matrim. cap. 112. n. 28. & alii, arg. cit. c. Fraternitatis. §. Per hæc autem. h. t. ubi, quòd in præcedenti §. per ly periculum corporale intellexerit solum periculum vitæ, manifestè declarat illis verbis: Ut ex ea mortis periculum timeatur.

7 Inferitur proinde validam esse Matrimonium, quod cum foemina arcta inicitur, si arctitudo illius per incisionem absque vitæ periculo, licet non absque gravi dolore, & corporis incommodo, morbive non lethalis periculo tolli potest. Sanchez loc. cit. n. 23. Gutierrez de Matrim. Disp. 112. n. 28.

Palao de Sponsalib. Disp. 4. pun. 14. §. 1. n. 4. quam proin incisionem pati debet mulier arcta per dicenda infra n. 65. & seqq.

Teriò Impotentia coeundi alia est Absoluta, alia Respectiva. Absoluta est, quæ respectu omnium alterius sexus personarum datur, ita ut habens illam, cum nulla persona perfectam copulam carnalem habere possit. Respectiva est, quæ tantum respectu unius, aut plurium certarum personarum, non item respectu omnium datur, ita, ut licet laborans hæc Impotentia coire non possit cum hac, vel illa persona, possit tamen cum alia. Talis subinde confurgit ex maleficio, quo ita afficitur persona, ut cum una vel altera persona nullatenus coire valeat, etsi cum alia copulam habere bene possit. Talis etiam reperitur in illis, qui habent nimiam improprietatem in partibus genitalibus, v. g. si viri genitalia sunt nimis crassa, muliebria autem angusta, ita ut cum ista coire nunquam possit, neque incisio sufficiens sine mortis periculo fieri queat; quamvis tam ille, quam ista cum alia persona, aliam corporis proportionem habente, copulam perfectam habere bene possit.

Quæritur II. Quenam Impotentia ex recensitis dirimat Matrimonium? Resp. I. Omnis & sola perpetua, Matrimonium antecedens Impotentia habendi perfectam copulam carnalem, est Impedimentum dirimens Matrimonii. Communis ac certa, ob clarum Juris dispositionem Tot. h. t. Et quidem dicitur imprimis: Omnis Impotentia perpetua, ad indicandum, nihil referre, sive intrinseca & naturalis, sive absoluta, sive respectiva, dummodò sit perpetua. Ratio est; quia de essentia & intrinseca ratione Matrimonii est obligatio ad reddendam debitum conjugalem, & traditio corporis ad copulam carnalem conjugalem; atque perpetuò impotens ad copulam, non potest se obligare ad eam; Impotens enim nulla est obligatio, L. 185. ff. de R. J. in 6. nec potest tradere corpus ad hunc usum; cum nemo possit dare, quod non habet, arg. Nemo. 79. de R. J. in 6. ergo.

Hinc licet Impotentia respectiva non inducat Impedimentum respectu omnium, inducit tamen illud respectu illius aut illarum personarum, respectu quarum datur, ut cum communi bene docet Sanchez lib. 7. Disp. 93. num. 3. arg. cau. fin. cau. 33. quest. 1. demum odo talis respectiva Impotentia sit perpetua, nisi esse potest juxta Abbatem in c. Fraternitatis h. t. num. 10. Sanchez loc. cit. numer. 5. Gutierrez de Matrim. cap. 113. a. numer. 1. & communem aliorum contra paucos alios, arg. cit. cau. 33. quest. 1. Et patet; quia planè contingere potest, quòd alicujus viri genitalia ita sint crassa, ut respectu alicujus certæ mulieris parvæ, & angustæ muliebria habentis ad sit Impotentia perpetua coeundi, quæ absque vitæ periculo tolli nequit.

Dicitur secundò in Conclusionè sola Impotentia perpetua: ad indicandum, quòd temporalis Impotentia Matrimonium non dirimat, ut omnes concedunt, textu expresso, c. Fraternitatis. 6. h. t. Nec obstat c. 2. h. t. & c. Continebatur. de Sponsal. Impub. ubi impuberes ob impotentiam coeundi dicuntur inhabiles ad Matrimonium; cum tamen horum Impotentia sit tantum temporalis. Resp. enim, de Impuberibus specialem adesse dispositionem Juris positivi, de Jure naturali autem nullum inter eos versari Impedimentum, cum in eo Papa valeat differens textu claro c. 2. de Dispensat. Impub.

Dicitur teriò in Conclusionè Matrimonium antecedens; quia si Impedimentum post Matrimonium superveniat, neutquam dirimat Matrimonium, juxta unanimitatem & certam textu expresso, can. Hi qui 25. cau.

cau. 32. q. 7. idque propter ejus indissolubilitatem. Quod intellige, etsi Matrimonium nondum consummatum, sed tantum ratum solummodò sit, ut cum communi bene docet Abbas in c. Ex litteris 3. h. t. & ibi Anchoranus in sine, ac Barbosa n. 2. dicens esse sententiam verissimam, quod idem dicit Sanchez lib. 7. Disp. 102. n. 3. Ratio est: tum quia Jura indistinctè loquuntur, Matrimonium ob superveniens Impedimentum non dirimit, arg. cit. can. Hi qui cau. 32. q. 7. & can. Si uxorem. 18. cau. 32. q. 5. Tum quia Matrimonium ratum non nisi Professione Religiosâ dissolvitur, arg. c. Ex publico. &c. Ex parte. de Convers. conjug. unde etiam Matrimonium jam contractum non dirimitur ob Impedimentum Affinitatis superveniens.

83 Nec obstat, quod Adversarii objiciunt, c. 3. h. t. nec can. Quod proposuisti. cau. 32. quest. 7. quia ibidem vel est sermo de Impedimento Matrimonium antecedente, vel de casu, quo Papa in Matrimonio rato dispensavit, quod ob superveniens Impedimentum fieri posse, cum aliis bene observat Abbas loc. cit.

Cæterum quid Juris, si dubitatur, an Impedimentum antecesserit Matrimonium, vel illud sit fecutum: Item quid in tali casu liceat conjugibus dicitur infra d. num. 27. Interea.

84 Dicitur quariò in conclusionè, habendi copulam perfectam; per quam hic intelligimus illam, quæ saltem vir seminat, ut proia verum adesse censetur Impedimentum Impotentia, si vir sive ex proprio, sive mulieris defectu, vel omnino non, vel non intra vas foeminae seminare potest, etsi cum illa congrederi, & vas illius penetrare valeat. Sanchez lib. 7. Disp. 92. n. 7. Abbas in c. 2. h. t. nu. 5. cum communi. Ratio est; quia de ratione Matrimonii est traditio corporis ad copulam conjugalem; at non reputatur conjugalis, si semper deficit semen; coitus enim & copula eunt tantum via ad actum conjugalem perficiendum.

85 Sufficit tamen, si vir seminare possit, etsi foemina seminare nequeat, Sanchez lib. 7. Disp. 92. n. 8. eò quòd semen foeminae non sit necessarium ad generationem prolis, licet ad eam multum conferat, juxta dicta Tit. præced. nu. 43.

86 Pariter sufficit, si vir semen intra vas mulieris emittere valeat, etsi mulier illud retinere nequeat, Sanchez loc. cit. num. 11. Ratio est: tum quia tunc jam habetur copula conjugalis. Tum quia ex eo, quòd semen retinere nequeat, tantum sequitur, eam esse sterilem, quod valori Matrimonii non obest juxta dicenda num. seq.

87 Resp. II. Impotentia generandi, seu sterilitas non inducit Impedimentum Impotentia; dummodò ad sit potentia habendi copulam perfectam numer. præced. descriptam, Sanchez lib. 7. Disp. 92. num. 26. dicens esse certissimum, Pirhing h. t. nu. 4. Engel h. t. nu. 3. cum communi contra Felinum in c. Cùm sit. 6. de Foro compet. n. 15. arg. can. Tantum. 27. cau. 32. q. 7. Ratio est: Tum quia steriles, ut suppono, possunt habere veram copulam conjugalem. Tum quia etsi steriles non habeant, nec possint habere primum finem Matrimonii, qui est procreatio prolis, possunt tamen habere secundarium, qui est remedium concupiscentiæ, & solatium humanitatis, ut dicitur can. Nuptiarum. 41. cau. 27. q. 1. quapropter steriles copulam conjugalem tantum licitè habere possunt, quam fecundî. Tum etiam, quia sterilitas progressu temporis sæpè corrigitur, prout constat variis exemplis ex Scriptura sacra, & historia profana. Accedit universalis praxis & consuetudo, quæ est optima legum interpretis, L. 37. ff. de Legib. Ecclesiæ siquidem, etsi sciat, semen in senibus ac decrepitis ordinariè esse sterile, eos nihilominus ad Matrimonium admitti; nec e-

tiam juvenes conjuges, nec senes ob sterilitatem etsi patentem dissolvit, sed eos in libero Matrimonio qua permittit.

Ex dictis inferitur pro præxi I. In quacunque etiam decrepita ætate homines contrahere posse Matrimonium ob dicta num. præced. Nec obstat, quòd Jure Civili antiquo Lege Papia, & Julia Matrimonium contrahere prohibuit fuerit viris annum sexagesimum excedentibus, & foeminis post annum quinquagesimum. Nam contra est tum universalis usus & praxis Ecclesiæ: Tum quia illa antiqua Lex sublata est à Justiniano Imperatore, l. Sancimus. 27. C. de Nuptiis.

Limitatur tamen rectè num. præced. de senibus, data doctrina, in casu, quo senex ita exhaustus ac decrepitus est, ut nullo modo possit amplius habere copulam perfectam, nec ad eam arte medicinæ, aut aliis licitis mediis juvari, ac Papa in Matrimonio rato dispensavit, quod ob superveniens Impedimentum fieri posse, cum aliis bene observat Abbas loc. cit.

88 Inferitur II. Validum esse Matrimonium, quod tum eo, quæ est in articulo mortis, contrahitur ob legitimationem prolis v. g. aut salutem animæ, quæ ob nimium affectum erga aliquam concubinam periclitatur ex eo, quòd sciri habere non possit propositum eam dimittere &c. Sanchez lib. 7. Disp. 105. n. 3. Palao de Sponsal. Disp. 4. pun. 14. §. 2. n. 6. Barbosa in c. Tanta. 6. Qui filii sui legitimi. n. 8. eoque teste ibi Omnes, Pirhing loc. cit. n. 6. Covarruvias p. 3. cap. 8. §. 2. n. 10. Ratio est, quia in tali (ut supponitur & præsumitur) adhuc vera existit potentia habendi copulam perfectam, etsi per accidens hoc tempore sit impedita. Accedit Ecclesiæ praxis & consuetudo recepta. Quòd si tamen constaret in ærotante potentiam habendi copulam perfectam, vi morbi esse omnino destructam, prout fieri potest, utique Matrimonium irritum esset, ut bene advertit Palao loc. cit. undequaque enim proveniat vera Impotentia perpetua ad habendam copulam perfectam, ad sit Impedimentum dirimens, cùm desint substantialia Matrimonii per dicta num. 9. & 14.

Inferitur III. Eunuchos, Spadones, & Castratos utroque testiculo carentes, validè non possunt contrahere Matrimonium; quia non possunt emittere verum semen, quòd tamen requiritur juxta dicta num. 14. Accedit, idem desitum, & declaratum est, à Sixto V. qui Hispaniarum Legato, desuper interrogatis ita respondit: Fraternitati vestre presentes committimus, & mandamus, ut conjugia per Eunuchos & Spadones utroque testiculo carentes, cum quibusvis mulieribus, sive etiam scientibus contrahi prohibeatis, eoque ad Matrimonium quomodocunque contrahendum, inhabiles auctoritate nostra declaretis. Scitis est: si uno tantum testiculo carent; hos enim Matrimonium validè & licitè contrahere possunt, extra controversiam est, docetque cum communi aliorum Abbas in c. 2. h. t. n. 5. ubi ita interpretatur I. Si servus. 39. §. Si spadoni. ff. de Jure dot.

Inferitur IV. Hermaphroditos quoque, id est, de utroque sexu participantibus, capaces esse validè ac licitè contrahendi Matrimonii conformiter sextui prævalenti, ita ut tanquam vir nubere valeat, quando in illo sexus virilis prævalet, & tanquam foemina, quando sexus foemineus prævalet, Sanchez lib. 7. Disp. 106. n. 4. Gutierrez de Matrim. Disp. 109. n. 1. Pirhing h. t. n. 3. cum communi. Ratio est; quia Hermaphroditus reputatur vir, si virilis sexus prævalet; foemina vero si prævalet sexus foemineus. I. Quæritur 10. de Statu hominum, ibi: Quæritur Hermaphroditum cui comparemus? & magis puto, ejus sexus existimandum, qui in eo prævalet.

23 Quod, si nullus sexus praevaleret, sed uterque aequalis apparet, tunc pro libere vel ut vir, vel ut femina nubere potest, Sanchez loc. cit. Gutierrez loc. cit. Sylvester v. Hermaphroditus in fine. Pirhing loc. cit. dummodo alteri sexui perpetuo renuntiet, & prius juret, quod impotens non nisi secundum sexum semel electum copula uti velit. Hinc Parochus talis Hermaphroditum Matrimonio assistere non debet, nisi coram Judice Ecclesiastico praefatum juramentum fuerit depositum. Nec potest talis conjugis suo defuncto, postea secundum alterum sexum licite nubere; quamvis, si ita nuberet, Matrimonium validum foret, utpote nullo Jure irritatum, Sanchez loc. cit.

24 Porro in casu, quo unus sexus praevaleret quidem, non tamen ita, quin secundum alterum sexum debiliorem adhuc verè sit capax habendi veram copulam perfectam, potest etiam secundum hunc debiliorem sexum (praescripto prius juramento ut supra num. praeced.) Matrimonium validè & licite contrahere, Pontius lib. 7. cap. 65. n. 8. Perez Disp. 36. sect. 13. num. 4. Ratio est, quia nec naturali, nec positivo aliquo Jure irritum, vel prohibitum invenitur.

25 Caeterum, quoniam sexus praevaleat, standum est iudicio peritarum Matronarum ac Medicorum: qui, si determinare nequeant, quoniam sexus praevaleat, iudicandum est, eum esse aequalem. Quoniam autem sexus praedominetur, standum est ipsiusmet Hermaphroditum dicto, utpote qui de praesentem plus quam alii cognoscere valet. Sanchez loc. cit. n. 2. & 9.

26 Quæritur III. Quid Juris, si dubium est, an ad sit Impotentia? vel an Impotentia sit perpetua, vel temporalis? Item an praecesserit Matrimonium, vel eo jam contracto primum supervenerit? Resp. I. Qui ante Matrimonium dubitat, an laboreat veram impotentiam perpetuam nec ne, peccat mortaliter, si stante dubio Matrimonium contrahit. Sanchez lib. 7. Disp. 103. n. 10. Gutierrez de Matrim. cap. 1. 16. n. 2. Palao de Sponal. Disp. 4. pun. 14. §. 7. n. 1. dicens sententiam hanc esse certam. Ratio est; quia gravem injuriam infert alteri parti, simul & Sacramento Matrimonii, utpote quod exponit periculo irrationis; quod, si nihilominus stante tali dubio Matrimonium contraxit, petere & reddere potest debitum conjugale, ut sibi & Ecclesiae constare possit, an validè vel invalidè contraxerit Matrimonium, Palao loc. cit. n. 2. per dicenda infra n. seq.

27 Resp. II. Si Matrimonio jam contracto primum emergat, vel prius habitum adhuc perseveret dubium, an quis laboreat veram Impotentiam perpetuam nec ne, poterit & debet per integrum triennium tentare, an copulam perfectam habere valeat. Sanchez lib. 7. Disp. 108. n. 5. Palao loc. cit. §. 9. nu. 6. Pirhing h. t. nu. 16. cum communi aliorum, arg. e. Laudabilem. §. h. t. & c. fin. eod. Quod tempus non computatur a tempore Matrimonii contracti, sed attentatæ copulae, Glossa in cit. c. Laudabilem. §. h. t. v. Celebrati. Sanchez loc. cit. Disp. 110. n. 1. eoque teste omnes; arg. can. Requisivisti. 2. cau. 33. q. 1. Ratio est; quia praefatum triennium conceditur ad probandum, experiendum, & explorandum, an Impotentia perpetua adsit, nec ne: Hæc autem exploratio sola inchoatur copulae attentatione: ergo.

28 Resp. III. Si constat quidem de Impotentia perpetua, dubitatur autem, an praecesserit Matrimonium, vel illo jam contracto supervenerit, praesumitur, eam praecessisse, si Impotentia naturalis, seu insinsecata est. Sanchez lib. 7. Disp. 103. num. 5. Gutierrez de Matrim. cap. 116. nu. 2. cum communi aliorum praesertim illorum, qui universaliter

de quavis tam accidentalibus, quam naturalibus Impotentia docent, in dubio, an praecesserit Matrimonium, an verò supervenerit, praesumitur eam praecessisse, inter quos sunt Abbas in c. Fraternitatis. 6. h. t. n. 16. & ibi Joan. Andreas num. 15. Anchoranus n. 16. Hostiensis nu. 4. Sylvester v. Matrimonium. 8. q. 16. dicto q. Malfardus de Probatione Concl. 816. n. 19. & Concl. 1027. n. 3. & alii, arg. c. fin. h. t. ubi sine ulla probatione, an Impotentia praecesserit, vel subsequuta sit Matrimonium, jubetur Matrimonium annullari, si post triennale cohabitationem conjuges non potuerit habere copulam perfectam, quod fieri non posset, nisi semper praesumeretur, Impotentiam praecessisse.

Ratio est; Tum, quia quæ a natura insunt semper, consequenter etiam antecederent inesse praesumuntur, ut bene probat Menochius de Praesumpt. lib. 1. Praesumpt. 14. nu. 3. Tum quia praesumendo, Impotentiam praecessisse, consulitur bono prolis, & evitatur incontinentiae periculum, hoc ipso, quod alter conjugum potentia habendi copulam, & generandi prolem, possit cum alio contrahere Matrimonium, in eoque generare prolem, & evitare incontinentiae periculum, in quo alias manens cum conjugis impotente semper versari deberet.

Nec obstat c. Licet ex quadam, in fine de Testib. & Atestat. ubi habetur, in dubio semper iudicandum esse pro valore Matrimonii. Resp. enim cum Abbate & aliis DD. allegatis, illud procedere, quando Matrimonium potest consummari, & habere suam effectum, bonam videlicet prolem, & remedium concupiscentiae: Non item, si hoc haberi nequit, prout fit existente periculo Impotentiae.

Resp. IV. Est Impotentia sit extrinseca, seu accidens, ex maleficio v. g. vel mutilatione membri proveniens, tamen etiam in dubio praesumitur, eam praecessisse, consequenter Matrimonium nullum esse, saltem si pars potens brevi tempore, uno vel altero mense v. g. post contractum Matrimonium statim conqueritur de Impotentia conjugis sui, ita DD. citati, etiam Sanchez loc. cit. n. 6. arg. cit. c. fin. h. t. ubi erat quæstio de Impotentia accidentali, ex maleficio proveniente, hoc ipso, quod, ut ibi textus habet, vir cum alia potuisset congressi. Probatur etiam ratione secundum n. praeced. adducta, & concordat c. 1. h. t.

Dicitur autem notanter in Conclusionem, saltem si potens pars brevi tempore post contractum Matrimonium conqueritur de Impotentia conjugis sui; quia, si de ea primum post aliquot, tres v. g. vel quatuor annos conqueritur incipit, praesumitur in Foro externo, eam fuisse subsequatam; uti limitando docet Sanchez loc. cit. num. 5. & 6. atque Gutierrez loc. cit. arg. c. 1. h. t. ut proin alleganti post tantum tempus Impotentiam incumbarat probatio; ad quam tamen admittitur, cum fieri possit modo infra n. 33. & seq. dicendo.

Porro, si dubitatur, an Impotentia sit naturalis vel accidentalis, praesumitur in Foro externo accidentalis, Sanchez loc. cit. n. 7. Gutierrez loc. cit. Palao loc. cit. n. 7. Ratio est; quia cum natura ordinariè producat homines ad copulam aptos; talis quivis a natura esse praesumitur, ita, ut contrarium assenti incumbarat probatio arg. l. 2. C. Qui Testament. facere poss. & late probat Sanchez lib. 1. Disp. 8. num. 17.

Pro Foro externo ordinariè praesumendum est, Impotentiam etiam accidentalem praecessisse; cum enim conjuges post contractum Matrimonium, copulam habere, vel saltem attentare ordinariè diu non differant, consequenter in Foro interno eisdem statim confertur de Impotentia, praesumi debet, eam

eam praecessisse, est post multos annos in Foro externo primum conqueri incipit pars altera.

33 Quæritur IV. Quomodo Impotentia probari possit ac debeat ad hoc, ut Matrimonium jam contractum annullari queat? Et quid requiratur, antequam annulletur, seu dissoluto Matrimonio fiat? Resp. I. Quantumvis certè constat unum ex conjugibus, alterum esse perpetuo impotentem, non potest pars potens propria autoritate, & absque praevia legitima probatione, in Foro externo facienda, impotentem repellere, & ad alias nuptias transire. Omnes arg. c. Porro 3. de Divortis, tenentur nihilominus in Foro interno ambo abstinere ab omni ulteriori attentatione copulae, & tactibus lascivis; si certò cognoscunt adesse ex parte unius Impotentiam perpetuam; ubi enim de hac certò constat, certum etiam est, Matrimonium esse nullum, consequenter abstinendum esse ab actibus, qui non nisi veris, vel saltem dubiis conjugibus sunt liciti.

Resp. II. Etiam si ambo conjugis in Foro externo fateantur, ex parte unius adesse Impotentiam perpetuam, non potest eos Judex separare, nec Matrimonium illorum annullare, nisi prius legitima à SS. Canonibus praescripta adhibeat probatio. Rursum communis ac certa arg. c. 1. h. t. ubi non obstante, quod ambo fassi sint Impotentiam unius, requiritur, ut id per verum iudicium probetur. Ratio est; quia alia conjugis naturæ cohabitationis per se colludere, & separationem, nec non licentiam alteri nubendi obtinere possent.

Resp. III. In praxi, ordinariè loquendo, & nisi veritas aliunde sufficienter haberi possit, ad probandam Impotentiam adhiberi debet inspectio corporum, quam Judex Ecclesiasticus fieri curabit in feminis, per honestas fide dignas, & in opere nuptiali expertas Matronas, aut obstetrices; in viris per Medicos, & Chirurcos, c. 6. & c. fin. h. t. juncto c. Proposuit, & c. penult. de Probat. & ibi DD. atque Sanchez lib. 7. Disp. 118. per totum. Quod si honesta aut bona famæ non sint, potest excoipi contra illas, Sanchez loc. cit. textu claro c. penult. de Probat.

Resp. IV. Ad inspicendum sufficienter & requiruntur duae honestae, & in opere nuptiali experient Matronae, Sanchez loc. cit. n. 16. Barbosa in c. Proposuit de Probat. nu. 7. Alexander de Nevo in c. fin. h. t. nu. 11. & alii satis communiter. Ratio est; quia de quavis causa, de qua non habetur specialis dispositio Juris, procedit illa Regula, in ore duorum aut trium testium stat omne verbum. In omni. 4. de Testib. & Atestat. atqui in praesenti materia non est specialis dispositio: ergo.

Nec obstat c. Proposuit. 4. & c. Causam Matrimonii. 14. de Probat. ubi plures censentur adhibere Matronae. Resp. enim, in cit. c. Proposuit, fieri narrationem facti, & non dispositionem Juris: c. Causam Matrimonii, verò ideo plures adhibitas sufficere; quia erat exceptio contra aliquas, vel dic, ubi plures esse adhibitas pro majori cautela. Nec obstat l. 1. §. Si omnes, vel plures ff. de Venire inspicendo, ubi contra feminam dicentem, se esse praegnantem quinque requiruntur obstetrices. Nam contra est, quod ibi sit specialis dispositio Juris, quæ facta est, ne habeatis praedictum generetur.

Debet tamen esse experte in arte, & opere nuptiali, ut cum communi rectè docet Sanchez lib. 7. Disp. 109. n. 7. arg. cit. c. fin. h. t. ibi: à Matronis bone fidei, & expertis in opere nuptiali: quales communiter censentur Obstetrices, quæ, ut pro inspicendo corpore adhibeantur, securius, & praxi conformius est; quamvis non censentur necessariae; dummodo adiant aliae duae fide dignae, & in opere nuptiali expertæ Matronae; quia Jura allegata plus non

requirunt; nec alicubi necessariò exigunt obstetrices. Et merito, cò quod aliae honestæ Matronae, quæ proles generare, & in opere nuptiali expertæ existunt, a quæ ob obstetrices rem intelligunt. Accedit, quòd & manus obstetricum & oculi saepe fallantur, ut dicitur c. penult. de Probat.

Caeterum si Matronae, sive obstetrices pro inspicendo corpore mulieris adhibeantur, detent non solum oculis inspicere mulieris verenda, sed etiam manibus sufficienter & sagaciter tangere, Sanchez lib. 7. Disp. 112. n. 10. Barbosa in c. Causam Matrimonii, de Probat. nu. 5. arg. cit. c. penult. de Probat. Ratio est; quia, cum res hæc sit difficillima probationis, oportet omnem diligentiam adhibere, ne detur locus fraudibus faminationum.

Debet insuper juramento confirmare depositio nem suam, aliàs eis non creditur, Sanchez loc. cit. n. 13. Barbosa in c. Proposuit. 4. de Probat. n. 5. Joan. Andreas in c. Fraternitatis. 6. h. t. n. 5. & 23. & ibi Glossa. Disp. 112. communiter recepta, arg. cit. c. Fraternitatis, ibi: Distinctè illi iungens sub periculo animarum: & ibidem: Quæ sub fide sua vobis asseruerit; fides enim ponitur loco juramenti, arg. c. Ad aures. De His, qua vi metusque coacti. Et ratio est; quia universaliter testes non jurati nihil probant, c. Nuper. de Testib. & Atestat.

Resp. V. Si ad probandam Impotentiam inspicendus est vir per Medicos, aut Chirurcos, idem observandum erit, quod haecenus de Matronis diximus, ita ut debeant esse fide digni, & in arte experti, numero saltem duo, atque juramento depositionem suam firmantes. Et communis per Jura citata. Notat tamen testè Sanchez lib. 7. Disp. 112. n. 17. Barbosa in c. Proposuit. 4. de Probat. n. 7. & alii communiter in casu, & loco ubi unus tantum dicitur, ac fide dignus adesse, sufficere eum solum, arg. l. 1. in fine de V. O. quoniam Abbas in cit. c. Proposuit, putet, in casu valde arduo omnino requiri duos, ita ut uno tantum existente in aliquo loco, secundus de viciniori loco accesserit debeat.

Porro etsi pro inspicenda femina regulariter adhiberi debeant foeminae juxta dicta num. 35. tamen si quæstio est de qualitate aliqua alicui, foeminae notitiam superante, v. g. an mulier arcta per incisionem absque vitæ periculo antea possit reddi ad copulam perfectam, Medici, & Chirurgi adhiberi debent, Sanchez cit. lib. 7. Disp. 113. nu. 21. ubi plura ad hoc referet exempla, & probatur c. Ex litteris. 1. & c. Fraternitatis, eod. ubi de ope Medicorum, ac incisione fit mentio, quæ certè non nisi inspectione per illos faciendâ fieri potest.

Resp. VI. Si habita inspectione corporum appareant signa certa Impotentiae; quia v. g. appareat virum carere utroque testiculo, aut habere abscissa vitalia; aut foeminam esse ita arctam, ut absque vitæ periculo incidere non possit. Matrimonium illud annullandum, nec ullum tempus ad probandum concedendum est; nec requiritur juramentum propinquo, nec conjugum, quod se invicem nunquam carnaliter cognoverint. Abbas in c. Fraternitatis. 6. h. t. num. 11. Sanchez lib. 7. Disp. 107. n. 7. eoque teste Omnes. Ratio est; quia quando evidenter constat de Impotentia, evidens etiam est, Matrimonium esse nullum, consequenter putativè conjuges separandos esse ab omni commercio carnali. Nec desideratur juramentum conjugum aut propinquo, ut potest superfluum in casu, in quo per depositionem juratorum peritorum res manifesta est. Possunt tamen cohabitare ut frater & soror, per dicenda infra num. 6.

Resp. VII. Quando per inspectionem, vel assensum probationem signa physice certa, & evidentià Impotentiae non apparent, bene tamen verosimilia, & quæ-

& quasi moraliter certa, potest & debet annullari Matrimonium, non expectato triennio experientie, si uterque conjux juret, se copulam attentasse quidem, sed nunquam coire potuisse, idque jurato affirmem septem ex propinquis, deponendo juramentum de credulitate, jurando se credere, conjugum verum jurasse (juxta dicenda infra num. 46.) Sanchez lib. 7. Disp. 107. num. 4. Alexander de Nevo. in c. Laudabilem. 5. h. t. num. 17. & ipsi Bartrius n. 14. Engel h. t. n. 6. arg. c. Laudabilem. 5. h. t. ubi triennalis probatio de habenda copula tunc tantum conceditur, ac prescribitur, quando aliunde probari non potest. Impotentia perpetua: ergo à sensu contrario illa triennalis probatio locum non habet, si aliunde probari potest Impotentia, ut res se habet in sensu Conclusionis, utpote in quo, licet non habeatur physice certa, tamen habetur factem verosimilis probatio dicte Impotentie, quae probatio accedente juramento conjugum, & propinquorum utique sufficiens erit.

44 Resp. VIII. Si post inspectionem signa non nisi dubia apparent de Impotentia perpetua, prout plerumque fit in Frigidis, & Maleficiatis, conceditur eis triennium ad tentandum, an copulam carnalem perfectam habere valeant juxta dicta num. 27. quo elapso Matrimonium annullari potest; si ambo jurent, se nunquam adhuc perfecte coire potuisse, idque septem propinquis juramento credulitatis affirmant; textu claro c. fin. h. t. ibi: Quocirca mandamus, quatenus si ita est, & consistit vobis, presertim virum & mulierem intra predictos octo annos per continuum triennium insimul habuisse, ipsi cum septima propinquorum manu firmamentibus juramento, se commisseri carnaliter nequivisse, proferatis divortii sententiam inter ipsos. Concordat c. Laudabilem. 5. eod.

45 Quod si tamen femina duodecimum, vir vero decimum quartum annum primum essent egressi, tentatio copulae eis conceditur usque ad pubertatem plenam ac perfectam, quam mulier acquirit completo anno decimo quarto l. Metla. 14. ff. de Alimentis: vir autem completo anno decimo octavo, l. Progaro. 47. §. 1. ff. de Adopt. & §. Miorem. 4. Insti. eod. Sanchez lib. 7. Disp. 108. n. 4. Joan. Andreas in c. Laudabilem. 5. h. t. n. 3. Pirhing h. t. n. 20. Ratio est; quia dubium adhuc manet, an non coeundi Impotentia ex defectu aetatis & naturae imbecillitate proveniat.

46 Ceterum per septimam manum propinquorum indicantur septem consanguinei, ex parte cujuslibet conjugis, ita ut quatuordecim adeste debeant, Sanchez lib. 7. Disp. 108. nu. 11. Innocentius in c. Laudabilem h. t. in princ. & ibi Alexander de Nevo n. 6. Quod, si tot haberi nequeant consanguinei, assumi debeant tot vicini bonae fame, arg. c. Laudabilem. 5. h. t. ibi: Cum septima manu propinquorum vel vicinorum bonae fame (si propinqui deficerent.)

47 Si autem tot testes commodè haberi nequeant, sufficiant pauciores arbitrio Judicis, etiam duo, Sanchez loc. cit. num. 12. Barbosa in c. Laudabilem. h. t. num. 10. & Glossa communiter recepta, in can. Requisisti. 2. cau. 33. q. 1. v. Septimam manu. arg. can. Presbyter. cau. 2. q. 5. qui testes juramentum deponunt credulitatis, videlicet credere se, conjuges verè jurare, ipsi verò conjuges id deponunt de conscientia & veritate.

48 Resp. IX. Si elapso triennio vir dubie impotens neget copulam perfectam Matrimonium esse consummatum, mulier verò id affirmet, & certa Impotentiae signa non appareant, sed tantum ambigua, credendum est uxori affirmanti, & pro valore Matrimonii pronuntiandum, Sanchez lib. 7. Disp. 109. n. 9. Joan. Andreas in c. h. t. & ibi Anchoranus

nu. 4. alitque communiter. Ratio est; Tum quia in pari causa potior est conditio possidentis juxta Reg. 65. Jur. in 6. Tum quia non est verosimile, quod femina velit cohabitare viro, qui debitum ei redde- re nequeat. Tum quia id exigit favor Matrimonii arg. c. fin. de Sent. & re judicat.

Resp. X. Pariformiter si elapso triennio mulier copulam habitam neget, & vir dubie impotens affirmet, huc creditur, si Impotentia per signa certa non appareat, sed dubia maneat, Sanchez lib. 7. Disp. 109. num. 2. Pirhing h. t. nu. 14. Engel h. t. n. 6. & alii arg. can. Si quis. cau. 33. q. 1. ibi: Si quis accepit uxorem, & habuit eam aliquo tempore, & ipsa femina dicit, quod nunquam coisset cum eo: & ille vir dicit, quod sic fecit, in veritate viri consilii. Ratio subjungitur: quia vir est copulatus. Idem ob eandem rationem dicitur c. 1. h. t. ubi etiam alia ratio in praesumptione fundata additur, videlicet, quod non statim post primum aut secundum mensem reclamaverit, cum eo tempore Impotentiam viri, si quae fuisset, illic agnoscere potuisset: ibi: Quae si proclamare voluit, cur tamdiu tacuit? citò enim, & in parvo tempore scire potuisset, si cum eo coire potuisset. Accedunt rationes Conclus. praeced. allegatae.

Dicitur autem notanter in Conclusionis, si certa signa Impotentiae non apparent: haec enim si habentur, vel ad ea probanda se offert mulier, audiri, & si probat, eidem credi debet, quantumvis vir jurato contrarium affirmet, Sanchez loc. cit. num. 5. Innocentius in c. 1. h. t. & ibi Anchoranus num. 1. & alii communiter. Tale signum evidens est, si mulier per inspectionem corporalem adhuc incorrupta appareat virgo, textu claro c. Proposui. 4. de Probation. ubi non obstante, quod vir jurato affirmat, se copulam perfectam habuisse cum muliere, jubetur fides adhiberi mulieri contrarium afferenti, ex eo, quia per inspectionem mulierum reperta fuit adhuc integra virgo.

Illud etiam notandum, quod, si unà parte negante, altera pars conjugum affirmet Impotentiam perpetuam, & res probari etiam debeat cum juramento credulitatis propinquorum, non requirantur quatuordecim, seu ex qualibet parte septem, sed sufficienter septem ex parte affirmantis. Sanchez lib. 7. Disp. 109. n. 13. arg. cit. c. Proposui. 4. de Probation.

Quaeritur V. An quovis tempore conjux reclamare & pro annulatione Matrimonii instare possit ex causa Impotentiae? Resp. I. Si ambo putativi conjuges fateantur, se ex causa Impotentiae copulam perfectam habere non posse, quovis tempore, etiam post multos cohabitationis annos reclamare possunt, & Matrimonium eorum annullari debet, si Impotentiam modo per Canones praescripto probent. Communis ac certa arg. c. 1. & fin. h. t. ubi, licet serò mulier proclamaverit, tamen quia Impotentiam fatebatur etiam vir, probatione legitima adhibita separatio fuit demandata.

Resp. II. Si unus conjux neget, alter verò affirmet Impotentiam coeundi, & negans conjux paratus sit, probare suum assertum per signa evidenter, tunc iste quovis tempore auditur, & probans Impotentiam separat. Sanchez lib. 7. Disp. 109. n. 5. & n. 14. Abbas in c. fin. h. t. n. 2. dicens hanc & praecedentem Conclusionem esse indubitatum, Palao Disp. 4. punc. 14. §. 8. n. 2. & alii communiter, arg. c. Fraternalitatis. 6. & c. fin. h. t. Ratio est; quia Matrimonium tale certò est nullum, non obstante quacunque longà cohabitatione, cum non firmetur tractu temporis, quod ab initio non subsistit, c. Non firmatur. de Reg. Jur. in 6. Idem est, si adfuit signa non quidem certa & evidenter, sed tamen verosimilia, & quasi moraliter certa juxta dicta n. 43. Sanchez loc. cit. n. 5.

54 Nec obstat c. 1. h. t. ubi statuitur, quod si viro assente mulier negat habitam fuisse, vel haberi potuisse inter eos copulam perfectam, mulier non auditur, nisi statim post duos menses reclamet. Resp. enim dispositio hujus c. 1. h. t. intelligenda esse in casu, quo Impotentiae signa nec physica, nec moraliter certa, sed tantum dubia apparent. Et in hoc sensu conciliatur c. 1. h. t. cum Fraternalitatis. & c. fin. eod. Hinc

55 Resp. III. Si uno negante alter affirmet Impotentiam, atque signa existant dubia, auditur quidem affirmans Impotentiam, si intra bimestre, vel statim post ipsum reclamet, juxta omnes textu expresso c. 1. h. t. ibi: Si statim in ipsa novitate post mensem aut duos proclamaverit: si autem hoc tempore non reclamaverit, audientia ei denegatur, arg. cit. c. 1. h. t. non quidem omnino ac in perpetuum, sed ut DD. conciliando Juris textus ajunt, usque ad triennium, quo elapso auditur. & ad probationem admittitur, c. Fraternalitatis. 6. & c. fin. h. t.

56 Quaeritur VI. Quid Juris, si ob Impotentiam allegatam dissolvitur Matrimonium, & postea apparet, eam non fuisse perpetuam ex eo, quod impotens judicatus cum alia coierit? Resp. I. In hoc casu ordinariè iterum reintegrandum esse Matrimonium, & annullandum posterius, si forsan aliud contraxit ille, qui perpetuo impotens est judicatus. Communis ac certa, textu claro c. Laudabilem. 5. & c. Fraternalitatis. 6. h. t. Ratio est; quia sententia per errorem facta est, ut dicitur cit. c. 6. h. t. Nec obstat, quod multi jam à dissolutione facta elapsi sint anni; quia sententia lata contra Matrimonium nunquam transit in rem judicatam, ut habet Summarius, & concordat textus c. Lator. 7. de Sent. & re judicat. Quia si pars, quae perpetuo impotens censetur, aut saltem fornicariè commisceatur, subjacet insuper Juris penis c. 5. h. t. nec tenetur illum mulier innocens amplius acceptare, sed potest in divortio perseverare; quamvis nocens vir volenti denudò cohabitare debeat, nisi & ipse probare queat, mulierem quoque dissoluto Matrimonio cum alio fornicatam fuisse, arg. cit. c. Fraternalitatis. 6. h. t.

57 Limitatur autem Conclusio primò, si impotens per miraculum postea factus est potens. Omnes: Ratio est; quia ex eo, quod impotens per miraculum reddatur potens, non sequitur, Impotentiam fuisse temporalem per dicta num. 5. textu claro c. 6. h. t. postea.

58 Limitatur secundò, si Impotentia tollatur ope demonis, ac per media illicita, v. g. incantationem &c. Sanchez lib. 7. Disp. 94. cum communi aliorum; qui juxta dicta impotentia, quae naturali & licito modo tolli nequit, censetur perpetua, est tollatur modo illicito, arg. cit. c. Fraternalitatis. 6. h. t. ibi: Per opus humanum, id est, licitum.

59 Limitatur tertio, si Impotentia perpetua est respectiva ob arctitudinem, v. g. mulieris; quia respectu hujus est, & manet Matrimonium nullum, etsi cum alia postea latiora vasa habente coire possit, & consequenter Matrimonium valèdè contrahat, Sanchez lib. 7. Disp. 99. num. 18. Concordant dicta num. 13.

60 Limitatur quarto, quoties Impotentia provenit ex maleficio; quia fieri potest, & solet, quod vi malefici detur Impotentia perpetua praecise respectu hujus, & non respectu aliorum, consequenter respectu illius Matrimonium merito censetur nullum, non item respectu aliorum, Abbas in c. 1. h. t. n. 7. Sylvester & Matrimonium. 8. dicto 8. cum communi per dicta num. 8. textu claro can. fin. cau. 33. q. 1. dummodo cum priori conjuge triennali cohabitatione tentaverit copulam, consuetaque pre-

ces, & Exorcismos Ecclesiae adhibuerit, juxta cit. can. fin. cau. 33. q. 1. & cum septima manu propinquorum jurarit, se coire non potuisse, prout bene observat Sanchez lib. 7. Disp. 99. n. 22.

Quaeritur VII. Quid Juris, si quis scienter contrahat cum perpetuo impotente? Resp. Quamvis horum Matrimonium sit nullum ob Impotentiae Impedimentum dirimens textu claro c. 1. & c. 4. h. t. tenetur nihilominus ita scienter contrahens, perpetuo habitare cum impotente, & cum illa tanquam sorore castè vivere, eique necessaria subministrare, Abbas in c. 4. h. t. n. 3. & ibi Joan. Andreas n. 5. Pirhing h. t. n. 9. cum communi, arg. cit. c. Consultationi. 4. h. t. ubi ad propositam quaestionem ita respondit Papa: Respondemus, quod licet incredibile videatur, quod aliquis cum talibus (impotentibus) contrahat Matrimonium: Romana tamen Ecclesia consuevit in similibus judicare, ut, quas tanquam uxores habere non possunt, habeantur sorores, si tamen periculum incontinentiae ex parte potentis foret, posset cum eo dispensari ad nubendum alteri, manente nihilominus obligatione priorum alendi, DD. citati.

Quaeritur VIII. An, & quomodo conjuges cognita Impotentia perpetua, five antecedente, five consequente Matrimonium, adhuc cohabitare valeant: Item quid cohabitantes liceat? Resp. I. Quamvis conjuges, qui cum ignorantia perpetuae Impotentiae Matrimonium antecedentis bonà fide contrahunt, cognitã Impotentia, separationem petere possunt, juxta haecenus dicta; tamen ad hoc non tenentur, sed, si volunt, & periculum incontinentiae abest, simul cohabitare possunt, non quidem ut conjuges, sed ut frater & soror. Est communis & certa, textu claro c. Laudabilem. 5. h. t. ubi ad casum Quaeriti praesentis ita respondit Pontifex: Quod, si ambo consentiant simul esse, vir cum esu non ut uxorem saltem habeat ut sororem: ut proin nec tactus, nec aspectus, nec oscula lasciva, multò minus copula, eis sint licita, hoc ipso, quod nullum inter eos sit Matrimonium, quo solo tactus praefati sunt liciti.

Dicitur autem notanter, si abest periculum incontinentiae; hoc enim adeste, si advertunt tales putativi conjuges, separationem procurare illicò tenentur, juxta rursus communem & certam; cum quivis proximum periculum externum amovere teneatur, si potest, juxta illud, qui amat periculum, peribit in illo. Unde etiam ad vitandum hoc periculum in eodem lecto cubare non possunt; quod totum motu proprio expressè quoque declaravit Sixtus V. 1587. cujus Decretum per extensum vide apud Gutierrez lib. 1. Canon. 99. cap. 16. n. 18. qui etiam ibid. n. 6. cum aliis cohabitationem talium penitus dissuadet, ed quòd ordinariè periculosissima sit, & vix unquam careat periculo peccandi saltem per tactus, amplexus, & alios actus carnales.

Resp. II. Quando conjuges contracto jam Matrimonio, Impotentiam ex parte alterutrius, aut utriusque supervenisse certò cognoscunt, possunt & debent adhuc cohabitare. Rursus communis ac certa. Ratio est; quia Impotentia superveniens non dirimit Matrimonium per dicta num. 12. Nec causat separationem quoad thorum aut cohabitationem per dicenda infra Tit. XIX. de Divortio.

Tenentur tamen conjuges perpetuo impotentes, non item à tactibus, osculis, amplexibus. De qua materia utpote Theologica amplius vide apud Sanchez lib. 7. Disp. 102. & lib. 9. Disp. 17. n. 20. & seqq. Solum nota, quòd licet Sanchez loc. cit. dum docet, licitos esse tactus, amplexus, & oscula &c. conjugibus impotentibus, id similiter, dicendo; dum-

modò fiat absque periculo pollutionis, tamen hæc limitatio non videatur necessaria, consequenter præfati ratiônes lascivi dicitis conjugibus etiam cum periculo pollutionis sint liciti; dummodo absit periculum consensus illam. Ratio fundamentalis est; quia universaliter nemo tenetur abstinere ab actu aliis sibi licito, etsi prævideat fecuturam ex eo pollutionem; modò absit periculum consensus in illam, prout cum communi aliorum iple docet Sanchez lib. 9. Disp. 45. S. orer in Theolog. Sacram. p. 4. cap. 3. §. 4. à nu. 645. & alii, apud quos de hac materia utpote Theologica, amplius vide.

66 Queritur IX. An, & quando teneantur conjuges auferre impotentiam coeundi? præsertim an teneatur mulier arcta pati incisionem? Resp. I. Universaliter loquendo, tenentur tollere impotentiam, quoadconque per media licita absque mortis, aut gravissimæ infirmitatis periculo eam tollere valent; etsi sine molestia, & gravi dolore id fieri nequeat. Sanchez lib. 7. Disp. 93. num. 32. & 34. Perez Disp. 37. s. c. 6. num. 3. & alii. Ratio est; quia, cum in tali casu Matrimonium validum sit, consequenter mutuum jus, ad corpus alterius, & copulam existat, tenetur quis non obstante quovis dolore & molestia corpus suum aptum reddere ac copulam, hoc ipso, quòd, qui tenetur ad præstandum obsequium, tenetur etiam ad removenda impedimenta præstandi obsequii. si removere potest; præsertim quando id etiam incontinentiæ, ac pollutionis periculum exposcit.

Infertur proin, teneri foemina arctam pati incisionem etiam cum gravi dolore ac molestia; dummodo iudicio Medicorum absque mortis, aut gravissimæ infirmitatis periculo fieri queat; prout bene docet Sanchez loc. cit. & alii.

67 Dicitur autem notanter, si absque mortis, aut gravissima infirmitatis periculo potest, quòd enim cum periculo mortis auferre impotentiam nemo teneatur, tenent omnes ex ea præcipue ratione, quia ob talem impotentiam, si est antecedens, Matrimonium nullum est per dicta num. 5. arg. c. Fratemitatis. 6. h. t. Quòd autem neque cum gravissimæ infirmitatis periculo teneatur, tenet Sanchez loc. cit. n. 32. Perez loc. cit. n. 5. & alii. Ratio est; quia nulla pars conjugum videtur se obligare ad copulam cum tanta sanitatis iactura; præsertim cum gravissimæ infirmitati plerumque etiam conjunctum sit periculum mortis, quo existente obligationem tollendi impotentiam non esse, docet unanimes.

TITULUS XVI.

De Matrimonio contracto contra Interdictum Ecclesie.

SUMMARIUM.

- 1 Ratio continuationis.
- 2 Hodie quatuor tantum sunt Impedimenta impedientia: & que?
- 3 Veritum Ecclesie, seu interdictum quid?
- 4 Ecclesie Veritum seu prohibitionem, ne Matrimonium contrahatur, facere potest Papa, Episcopus, & Parochus.
- 5 Tale Veritum seu Interdictum obligat sub mortali.
- 6 Limitatur.
- 7 Contrahentes contra prohibitionem Ecclesie in penam delicti ad tempus separantur.
- 8 Valet tamen Matrimonium eorum, nisi Papa interdicat.

- 9 Imò etiam si Papa interdicat.
- 10 Nisi opponat clausulam irritantem.
- 11 Tempus Sacratum, quo nuptias solemniter celebrare non licet: quale?
- 12 Præfato tempore licitum est de Jure Matrimonium saltem sine solemnitatibus contrahere.
- 13 In Germania tamen, Diocesis, vi consuetudinis requiritur dispensatio Episcopi.

Quia in præcedentibus pluribus Titulis præcipue, & ex professo actum est de Impedimentis Matrimonii dirimentibus, recto ordine pergit Commentator Canonum ad Impedimenta impedientia, quæ, quia introducta sunt per Interdictum, seu legem, vel mandatum Ecclesie interdicens, seu prohibens Matrimonium, ponit præsentem Rubricam.

Potèd hujusmodi Impedimenta impedientia quamvis olim multa fuerint, ut patet ex Tit. I. numer. 351. & 352. ubi cuncta recensita habes. Tamen hodie per consuetudinem cuncta sunt abrogata (ut ibidem diximus) exceptis quatuor comprehensis in sequenti versiculo.

Sacratum Tempus, Veritum, Sponsalia, Votum.

De quorum duobus ultimis jam egimus in Tit. I. de prioribus autem duobus Veritum nempe, & Sacratum Tempore agemus in presenti.

Queritur I. Quid sit? à quo fieri possit? & qualiter Matrimonium impediatur Veritum, seu Ecclesie Interdictum? Resp. I. Quavis latè & in genere loquendo Ecclesie Veritum, seu Interdictum comprehendat omnia Impedimenta tam dirimentia, quàm impedientia introducta ab Ecclesia; nihilominus in specie, propriè, & ad præsens loquendo, Ecclesie Veritum, seu Interdictum nihil aliud est, quàm specialis prohibitio à Superiore Ecclesiastico ob justam causam facta, ne certæ quedam personæ contrahant Matrimonium, eò quòd forsitan una earum jam sit desponsata alteri, vel existat dubium earum de latente inter eas Impedimento dirimente, aut impediante, aut timendum sit ex earum Matrimonio scandalum, vel ob aliam justam causam. Ita in re communis, arg. c. 1. 2. c. 3. h. t. & c. fin. de Claufula. Desponsat.

Resp. II. Interdictum seu Veritum facere, id est, prohibere, ne ab aliquibus Matrimonium contrahatur, potest non tantum Papa, sed etiam Episcopus, imò etiam ad tempus Parochus. De Papa, & Episcopo nemo dubitat. De Parochis docet Sanchez lib. 7. Disp. 6. nu. 6. Barbosa in c. 1. h. t. nu. 2. Pirhing h. t. nu. 1. Navarrus in Manual. cap. 22. n. 68. & communis aliorum dicens, Parochum non tantum posse, sed etiam debere interdicerè, vel prohibere, ne Matrimonium contrahatur, si aliqua ex recentis num. præced. causis addit, arg. cit. c. 1. & 2. h. t. & c. fin. de Claufula. Desponsat. ubi præcipit Papa, ut, si Impedimentum apparuerit probabilis conjectura, contractus interdicatur, donec &c. quòd si facere negligit, triennio suspenditur ab Officio, uti expressè habetur, cit. c. fin. §. fin. h. t. ibi: Sanè si Parochus contempserit &c. per triennium ab Officio suspendatur: ergo.

Nec obstat, quòd casuum Matrimonialium cognitio, ac decisio non ad Parochum, sed ad Episcopos, ac Judices Ecclesiasticos pertineat c. 1. de Consang. & Affinitat. Resp. enim Parochum in simili causa nihil decidere, nec judicialiter cognoscere, sed ex allegatis causis præcisè interdicerè ac prohibere Matrimonium, idque non in perpetuum, sed tantum, donec ab Episcopo judicialiter cognoscatur, ac judicetur.

Quæ-

5 Queritur II. Quomòdò obliget, & quem effectum habeat Interdictum, seu prohibitio ab Ecclesiastico superiore facta, ne Matrimonium contrahatur? Resp. I. Talis prohibitio obligat sub mortali Barbosa in c. 2. h. t. n. 4. Sanchez lib. 7. Disp. 17. n. 1. Sylvestre v. Matrim. 7. q. 1. dict. 3. Pirhing h. t. n. 7. etiam communi aliorum, arg. c. fin. h. t. ubi etiam excommunicari jubetur, qui stante prohibitione ob suspicionem consanguinitatis facta, Matrimonium contrahit. Ratio patet; quia est præceptum Ecclesie in re gravi.

6 Limitat tamen meritò Conclusionem Sanchez loc. cit. dicendo, interdictum hujusmodi sub solo veniali obligare, quando vel sit ex levi causa ad tempus, vel quando sponsis certò constat, Impedimentum, ut aliam causam, quæ timeatur, & ob quam factum est Interdictum, non subsistere.

7 Resp. II. Contrahentes contra Interdictum, seu prohibitionem Ecclesie, præter peccatum, etiam penam ab Episcopo inponendam incurrunt, & ad tempus in penam delicti, separati vivere debent, Barbosa in c. 1. h. t. & ibi DD. communiter, Sanchez lib. 7. Disp. 2. n. 14. Pirhing h. t. n. 4. cum communi aliorum, textus expressus habetur c. 1. h. t. ubi Papa mandat Episcopo, ut nubentem puellam contra hujusmodi Interdictum ad domum matris redire compellat, & imposita sibi de tanto excessu penitentia condignâ postquam in domo materna per mensem steterit, ad tertium (maritum nempe) reverti permittat: Ratio ibidem præmittitur, ne Mandatum contemptibile videatur. Concordat c. 2. h. t. ibi ad finem: Penitentia tamen eis imponi debet, quia contra prohibitionem Ecclesie hoc fecerunt. Cæterum in textu cit. c. 1. h. t. separatio per mensem tantum ponitur gratâ exempli, ut proin Judici liberum sit, per majus temporis spatium ita peccantes separare, vel loco separationis aliam penam injungere, præsertim si foret periculum incontinentiæ, ut cum aliis bene advertit Sanchez loc. cit.

8 Resp. III. Quamvis contrahentes contra prohibitionem peccent, & ad tempus separari valeant juxta dicta num. præced. validum nihilominus est eorum Matrimonium, ac proin perpetuò separari non amplius possunt, si prohibitio facta est ab aliquo inferiore Papâ, & aliud Impedimentum dirimens non obstat, Abbas in c. 2. h. t. n. 3. & ibi Barbosa n. 2. Sanchez lib. 7. Disp. 2. n. 2. eoque teste omnes, textu claro c. 2. h. t. ubi Matrimonium contra prohibitionem Episcopi factum, expressè agnoscitur validum. Ratio patet; quia Episcopus aut alius inferior Papâ, sua prohibitionem non potest inducere Impedimentum dirimens, juxta hodie unanimitè apud Sanchez lib. 7. Disp. 1. num. 7. Hinc si aliud Impedimentum dirimens reverà non subsistat, sua prohibitionem facere nequit, ut Matrimonium sit nullum, etsi ob suspicionem Impedimenti prohibeat.

9 Resp. IV. Etiam si Papa specialiter ex quacunque tandem causa interdicat, seu prohibeat Matrimonium, validè nihilominus contrahitur, nisi sub Decreto irritante illud prohibeat. Pontius de Matrim. lib. 6. cap. 7. Castro Palao de Sponsalibus Disp. 4. pun. 2. §. 1. n. 2. & alii arg. c. 2. h. t. ubi: Licet enim contra Interdictum Ecclesie ad secundâ vota transire non debeat, non est tamen conveniens, ut ob id solum, Sacramentum conjugii dissolvatur. Ratio est; quia simplex prohibitio non irritat actum aliàs de natura & Jure validum, juxta illud trivertitum c. Ad Apostolicam. 16. de Regularib. ibi: Multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinent robore firmitatem: longèque diversa sunt prohibere, & irritare, arg. c. Rursum. Qui Clerici vel voventes, & c. ut. de Voto. Resistentiel Jus Can. Tom. IV.

in 6. Hinc, si constat Papâ Decretum fuisse præcisè prohibens, nullanque continens irritationem, erit validum Matrimonium contra illud contractum. Nec obstat c. Tua Fratemitas. 9. de Sponsa duorum. ubi Archiepiscopo ita scribit Papa: si contra Interdictum Ecclesie publicè factum venire (contrahendo Matrimonium) præsumperint, Matrimonium tam præsumptuosè contractum poterit irritare. Resp. enim, ibi per ly irritare intelligi separationem quoad thorum in tali casu faciendam, & tandiu continuandam, donec ritè cognoscatur super causa, an y. g. Impedimentum aliquot subsistat, nec ne.

Pariter non obstat can. Videtur. cau. 37. q. 6. ubi 10 expressè habetur, quòd contra Interdictum & ordi-nem Ecclesie factum est, ratum non haberi, tam Divinè, quàm humanæ legis proclamatae auctoritas. Resp. enim, hunc textum intelligendum esse de Ecclesie Interdicto, clausulam irritantem habente; tunc siquidem Matrimonium contra hujusmodi Interdictum celebratum, invalidum esse, ipsi fatemur in Conclusionem per illa verba, nisi sub Decreto irritante illud prohibeat, docente Castro Palao de Sponsalibus. Disp. 4. pun. 2. §. 1. n. 2. Pontius lib. 6. cap. 7. à n. 5. & alii, arg. c. penult. de Desponsat. Impuber. Ratio est; quia sicut Papa generalis Constitutione respectu omnium, ita etiam specialis Decreto, respectu aliquorum potest constituere Impedimentum dirimens, seu annullans Matrimonium contrahendum.

Queritur III. Quid sit ad præsens Tempus Sacratum seu Feriatum? & qualiter Matrimonium dirimatur? Resp. I. Per Tempus sacratum intelligi illud, quo solemnes nuptias cum conviviis, choreis, musicâ, aliisque lætitiæ signis publicis celebrare ab Ecclesia est prohibitum, ut tali facere tempore fideles magis vacare possint orationibus, jejuniis, aliisque pietatis & penitentiae operibus. Quod tempus olim varium & multiplex fuit, prout patet ex can. 8. 10. & 11. cau. 33. q. 4. & c. Capellanus, 14. de Feriis. Hodie tamen præfatum tempus restrictum est per Concilium Tridentinum Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 10. illis verbis: Ab Adventu Domini nostri Jesu Christi usque in diem Epiphaniæ. & à feria quarta Cinerum usque ad Octavam Paschæ inclusive antiqua solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus observari Sancta Synodus præcipit, in aliis vero temporibus solemniter celebrari permittit.

Resp. I. Quavis sacratum Tempore nuptiæ cum 12 solemnitate celebrari licitè non valent, potest tamen dicto tempore Matrimonium sine solemnitate licitè contrahi etiam atque dispensatione. Abbas in c. Capellanus. de Feriis n. 4. Sanchez lib. 7. Disp. 12. sect. 2. Concl. 4. cum Glossa communiter recepta in c. Capellanus. 4. de Feriis. v. Quocunque. Patetque clarè ex Concilio Tridentino, loc. cit. ubi de solis solemnibus nuptiis mentionem facit, & de illis solis Jura antiqua disposuisse, satis innuit. Accedit declaratio Cardinalium de qua testantur præfati DD. ac etiam Rituale Romanum Tit. de Sacramento Matrimonii; ubi postquam sacra, quibus cum solemnitate celebrare non licet nuptias, specificavit tempora, addit, Matrimonium autem omni tempore celebrari potest; intellige, sine solemnitate. Ratio est; quia expediens non foret, si Ecclesia præfatis temporibus ipsum etiam Matrimonium contractum sine solemnitate celebrandum prohiberet; cum læpè ad id urgeat periculum incontinentiæ, ad quam evitandum Matrimonium tanquam remedium fuit institutum.

Notandum tamen, in pluribus Germaniæ Diocesisibus unum obtinuisse, ut etiam sine solemnitatibus Tempore sacratum nuptias celebrare non liceat, nisi Episcopus dispenderit, aut nisi necessitas urgeat, v. g. in articulo mortis ad legitimandum prolem, vel si statim discessurus ad bellum vult ducere concu-

L

concu-